

Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 6

In nomine patris et filii et spiritus sancti exemplaria. Sub die III. Kalendas Jan. anno XII regni gloriosi domini nostri dagoberti regis. Ego adalgyzelus qui et grimo, licet peccator tamen gratia dei..... perfectis mundi facinore pendula vertetur et adhuc pecuniae luctelus in evitandis metabolismus venie fas redemptionis habetur. Unde tamen pectoris mei si. deo sit placitum et dei misericordia..... emus illud gentium serere quibus studiis huius seculi regione mutata letemur. Caruisse crimine non salute unde vel paululum laxata supplicii pedeca contempto corda non sentiant venturo..... dela nec usque deo damnaturus veneranda discussio iudicet quem ego tam culpabilis et indignus peccator quo pocius pecata mea evanescant inspirante domino de latitudine..... mercar. Idcirco ego peccator grimo pro anime meae remedium et tantorum abluenda contagia peccatorum inspirante domino devotione promptissima per huius deliberationis seriem..... testamentum... viro venerabili erhenulfo diacono scribendum commisi. Confero monasterii sive xenodocii vel pauperibus longagionis, Villam ipsam ubi ipse moram... cum omnibus ad sc pertinentibus, cum mancipiis aedificiis cum terris campis pratis silvis pascuis vel omni iure suo monasterio superius nominavi sanctae domnae agathae..... Villa que vocatur Nogaria cum omni iure suo omnibusque ad se pertinentibus, cum integra soliditate monasterio longagionensi et clericis seu paupribus domno..... possidenda, promptissima animae devotione transfunduo domus inexquisitas tam in uebrense quam in ardenense seu treuerense cum omni integritate monasterium.... Longagionense possideat et defendat. Porcionem meam de madiaco quod mihi legibus debetur, cum integra soliditate, cum mancipiis aedificiis vineis campis pratis silvis et prato secto super caro et hogregia..... sanctae domnae agathae seu congregatio longagionensi in suo iure retincat. Porcionem meam quam in villa belulfiaga habere videor, dulcissimis nepotibus meis filiis adoni habere volo tamaltio porciones duas, cum mancipiis domos vel omni adiacentias suas monasterius longagionensi habere debeat. Terciam vero portiunem basilica domni petri ibidem constructa cum molendino ibidem situm cum vervicibus et vervicariis vel quod iam ad presens possidetur ad integrum. Similiter portionem meam in villa fidinis cum mancipiis aedificiis vel omni iure suo basilica domni petri tamaltio sita, in suo iure valeat possidere. Villa vero mea marciaco quantum porcio mea continet vel legibus obvenire debet cum domibus inexquisitis cum mancipiis aedificiis campis pratis silvis aquis aqarumve decursibus cum omni superlectili vel appenditiis et redditibus suis, vel quicquid in die mortis meae in ipsa villa inventum fuerit, sacrosanctae ecclesiae virdunense in suo iure et dominationi recipiet ab ipsa ecclesia perpetualiter in dei nomine possidendum similiter quid callido possidere videor, Basilica domni petri tamaltio in suo iure retincat. Casa in treuiris, quam a matriculis comparavi ad ipsos matriculos revertatur. Omnimodis volo. quantumcumque per tabubs vel per epistolas seu quolibet titulo ingenuos dimisi.... per epistolas meas ad loca sancta seu merentibus personis contuli aut donavi, firrna stabilitate permaneat. Villam vero meam unichi monhiaga sita in territorio virdunensi cum aedificiis, cum campis pratis pascuis silvis, cum integra soliditate, omnibusque ad se pertinentibus, cum domibus inexquisitis vel quicquid tempore mortis meae in ipsa villa inventum fuerit sacrosanctae ecclesiae virdunensi, que me strenue de silvis stipendiis enutravit, in suo iure et dominatione retineat. Molendinos meos IIII sitos super crunam fluveolum quos ad presens erp... molinarius tenet, vel qui tunc tempore molinarius fuerit, cum familia in mea clemosina consistant; et pauperes illos, quos in villa marciaco institui nutriata gubernat testamentum meum firmum et stabile

haberi placuit, ut omnem facultatem meam secundum quod presens pagina loquitur, idem villas terras pratis silvis mancipiis aedificiis, aurum, argentum, specics utensilia.... et inmobilia tam in guabrensi quam in ardenensi seu treuerensi quicquid post discessum meum iuventum fuerit, ad integrum monasterium sanctae agathae longagionensi in suam recipiat potestatem curu vaccariis, veruecibus vernicariis, porcos, porcariis, ubicumque habeo et hoc aliubi non est delegatum, sancto monasterio seu congregatio longagionensi, quos mihi heredes constitui, in tuo iure et dominatione transfundeo. Villa vero adtautinna quantum portio mea continet, cum mancipiis aedificiis campis pratis silvis aquis aquarumve decursibus, cum domibus inexquisitis vel omni iure suo..... ad se pertinentibus cum integra soliditate basilica sancti domni petri et domni vitoni, oppidi virdunensis, ubi leprosi resident, perpetuo iure percipiat possidendum et ad ipsius actoribus pereniter..... Vineas quantascunque super mosellam habeo, de quibuslibet a tracto conquesitas, monasterio sanctae agathae; longagionensi ut habeat, omnimodis volo. Tu abba, qui tunc temporis fueris pauperes XVI. quos in exsenodocio posui ad pascendum et fovendum, ut eos sicut ego presens alimonia et vestimentum vel reliqua dilectione gubernavi; ita tu et successores tui faciant, et cum deo..... aliquis discesserit, alias in loco ponatur, ut ipse numerus semper fiat adimpletus; et ipse quos ego de ipsa prebenda pavi, dum advivent de ipso cellario consuetudinario... domine.... longagionensi. Ut quamdiu banto presbiter treuerensis vixerit; C modios tritici, porcos X formas casei XL dare studeas. Vos vero, parentes mei et propinqui.... quod vobis per presentem paginam delegavi. Locum vero cognominante domo et castrum teulegio sectum in uogaso ubi pro dei reverentia, loca sanctorum aedificaui petentes vos direx... clericis qui ibidem deservire videntur, cum omni integritate sua sicut a me presenti tempore possidetur, cum campis pratis silvis et mancipiis, cum omni iure suo, cum apendiciis, villaes, seu redditibus cum domibus inexquisitis, vel quicquid mortis temporis meae in ipsa loca inventum fuerit, omnia et ex omnibus..... in ipsa ecclesia uirduensi feci continet, in suo iure ac dominatione retineat, ab ipsius ecclesiae actores , in dei nomine possidendum. Quarta vero portio de villa fatiliago cum integra ipsa quarta portio cum mancipiis, aedificiis, campis pratis silvis pascuis aquis aquarumve decursibus omnibusque ad se pertinentibus, leprosi metenses in eorum recipient potestatem. Alia vero quarta portio nepoti meo bobone duci vendere ceperam et ex hoc mihi adhuc sexcentos redebit solidos, et ipsos solidos matricolas domni martini turonis, ubi in corpore requiescit, delegaveram sicut habet humana fragilitas antea de hoc seculo discessero, ipsosque DC solidos actores basilicae domni martini turonis recipiat, aut certe de ipsa villa, hoc est quarta portio, omnia et ex omnibus in eorum recipient potestatem. Villam in tongrinse territori, sita nomine Hedisrnalamacha portionem meam quam mihi legibus obvenit, cum integra soliditat e, sicut a me presenti tempore possidetur, leprosi triaectenses ad suam recipient potestatem. Villa vero mea chambo secta super orto fluviolo, quantum portio mea continet, ad integrum omnia et ex omnibus matriculi choinse ecclesiae in integro possideant, et testamentum presens eloquitur in eo modo: quicquid insertum est omnimodis adimpletur. Vineas ad lesuram quas de basilica domni maximini treuerensis sub usufructuario possedi, necnon et domni iorgii in amanio constructa, ubi amita mea requiescit, exinde similiter sub usu vincas possedi; Post transitum vero meum ad basilicas ipsas revertantur. Portionem vero meam in bastoneco, hoc medietatem ad basilicam domni maximini treueis, ubi in corpore requiescit et uaccariis duos cum gregibus in ipso bastonego commandentes, cum familia et peculiare corum dare decernor. Villa hogregia quam germana mea ermengundis, quondam dyacona, pro animae suea remedium ecclesie virdunensi dedit, et ego ipse sub usufructuario per prccatoria possedi, cum integra

soliditate, omnibusque ad se pertinentibus cum idem quod ibidem augmentare vel laborare potvero, omnia et ex onmibus post discessum meum ad sepedita ecclesia virdunensis revertat. Si quis literas aut caraxature adicctionis suae in hanc deliberationem meam inventi fuerit: Ego feci fieri, quae presens volui, dum sepius deliberatione mea recurro, vel ad meam dirigo voluntatem. Si quis contra hanc voluntatem meam et deliberationem venire attemptaverit, vel contrarius extiterit, tam de parentes seu quelibet apposita persona, deum habeat contrarium et infera fisci iuribus auri libras X; argenti pondera L. Nihilhommus deliberatio mea firma stabilitate permaneat. Quam vero deliberationem manu propria subter scripsi et venerabilium virorum seu magnificorum scribendum rogavi. Vobis supplico, coniuro, principcs et potestates per patrem et filium et spirtum sanctum, ut presentem voluntatem et deliberationem meam a quacumquelibet persona non permittatis convelli, aut infringere sive mutare. Actum virdunum in Dei nomine. Et adhuc mihi convenit scribendum si pro eo quod ab episcopo treuerensi ipsa loca sancta, in predicto loco doma aut toleio, me petente titolata sunt, in..... forsitan exinde aliquo censo a supra scripta ecclesia virdunensi requirere deliberat, nihil aliud, nisi tantum ad baptizandum crisma ab episcopo treuerensi un.... re et exsemum hoc est XXXI in auro pro ipsa crisma a ipsam ecclesiam treuerensem, annis singulis dissolvat. In reliquo vero, nullus exinde census..... nisi ubi deputatum est sancte ecclesie virdunensi; et reliqua intentione facta episcopus treuerensis aut actoris sui contra ecclesiam virdunensem de ipsa loca superius..... aut contrarii extiterint, quantumcumque ad treuerensem ecclesiam vel titulum ad eandem pertinente deputavi, virdunensis ecclesia hoc in sua recipiat potestate vel dom..... Nihilhominus iam dicta loca doma vel taulegius cum omni integritate vel soliditatem, ecclesiae virdunensis, ut supenus dictum est, Christo propitio, valeat possidere. Grimo peccator hoc testamentum meum quem spontanea devotione condidi, relegi et subscrispi. In Christi nomine paulus, gratia dei episcopus, rogitus hoc testamentum. Ego gisloaldus archidiaconus rogante grimone diacono hoc testamantum. Hadericus presbiter qui et bettilo rogante grimone diacono h. t. Ego meroaldus diaconus rogante grimonii diac. h. t. Magnoaldus Ansemundus. Ego herenulfus diaconus rogatus grimonii diac. h. t. scripsi et subscrispi.